

585 quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium  
imbrem aureum.

egomet quoque id spectare coepi, et quia consimilem luserat  
iam olim ille ludum, inpendio magis animu' gaudebat mihi,  
deūm sese in hominem convertisse atque in alienas tegulas 40  
venisse clanculum per īnpluvium fucum factum mulieri.

590 at quem deum ! "qui templa caeli summa sonitu concutit."  
ego homuncio hoc non facerēm ? ego ȳllud vero ita fecī—ac  
lubens.

dum haec mecum reproto, accersitur lavatum interea virgo :  
iit lavit rediit ; deinde eam in lecto illae conlocarunt. 45  
stō ēspectans siquid mi imperent. venit una, "heus tu"  
inquit "Dore,

595 cape hoc flabellum, ventulum huic sic facito, dum lavamur ;  
ubi nos laverimu', si voles, lavato." accipio tristis.

*AN.* tum equidem istuc os tuom inpudens videre nimium  
vellem,

qui ēset status, flabell

um
 tenere te asinum tantum. 50

*CH.* vix elocutast hoc, foras simul omnes proruont se,

600 abeunt lavatum, perstrepunt, ita ut fit domini ubi absunt.  
interea somnu' virginem opprimīt. ego limis specto  
sic per flabellum clanculum ; simul alia circumspecto,  
satin explorata sint. video esse. pessulum ostio obdo. 55

*AN.* quid tum ? *CH.* quid "quid tum," fatue ? *AN.* fateor.

*CH.* an ego occasionem

605 mi ostentam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam in-  
speratam